



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Quatuordecim classes eorum, quibus honore[m] debemus exhibere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

278 Cap. XXV. Honor parentibus, praeceptoribus, senioribus debitu.

solum non resistebant, verum etiam id excitandum & accendendum esse censebant: putantes hoc utile esse reip. Quamquam nec in ipsis Philosophia lib. Tullius ab hac peste disimulat, ubi eam luce clarius confitetur.

Ibid. cap 14.

Cum enim de studiis talibus loqueretur, qua utiq; secesserat summae veri boni, non ventositate laudis humanae, hanc intulit uniuersalem generalemq; sententiam: Honos alit artes, omnesq; accenduntur ad studia gloria, iacentq; ea semper que apud quosque improbantur. Huic igitur cupiditati melius resistitur sine dubitatione, quam ceditur. tanto enim est quisque Deo similior, quanto ab hac immunditia mundior. Que in hac vita et si non funditus eradicatur ex corde, quia etiam bene proficiens animos tentare non cessat, saltans cupiditas gloria supereretur dilectione iniquitatis. Ut si alicubi iacent, que apud quosque improbantur: si bona, si recta sunt, etiam amor humanae laudis erubescat & cedat amori veritatis. Tam enim est hoc vitium inimicum pia fidei, si maior in corde sit cupiditas gloria, quam Dei timor vel amor, ut Dominus diceret: Quomodo potestis credere gloriam ab iniucem expectantes, & gloriam, que a solo Deo est non quarentes? Item de quibusdam qui in eum crediderant, & verbantur palam confiteri, ait Euangelista: Dilixerunt gloriam hominum magis quam Dei. Itaque danda est opera, ne propter honorem amplectamus virtutem; tamen, ut umbra nos vel in uitios comitatur, ita gloria stimulus virtutis virtutem sequatur etiam fugientem; que quamvis recte facientes delectat, tamen aliunde insidiatur, & plus iuuat eos, qui laudent, quam qui laudentur. Ut enim lumen magis prodest ijs, qui vident, quam qui videntur; sic gloria famaque virtutis magis confert ijs, qui eam admirantes ad imitationem accenduntur, quam quibus ea contingit. Hinc multi virtutis estimatores honorem Mundi non pluris faciunt, quam sumi umbram.

C A P V T XXV.

Quibusnam honor, & qualis? presertim Parentibus, Præcepto-
ribus, & Senioribus debeat?

L.

Hanc gloriae mercedem, et si vanum sit sibi, ut finem virtutis, proponere; tamen iustum est alijs persoluere. Et peccat, qui quos debet non honorat. Honoramus autem

tem varijs modis alios, vt initio dixi, si scilicet non solum bonam
de illis exhortationem habeamus, sed etiam eam opinionem alijs
manifestemus, aut verbis, aut signis; dum illos comitatur, susci-
pimus, officijs muneribusque donamus; item dum ijs in quacum-
que necessitate assistimus, subiçimur, obsequimur, seruimus. Ta-
lem honorem præcipit Deus exhiberi. 1. Parentibus: Honora Exod. 20. 12.
patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longanus super terram, itemq; Deut. 27. 16.
Maledictus, qui non honorat patrem suum & matrem. 2. Præ-
ceptoribus. Aristoteles præfert parentibus præceptores, ab illis enim
habemus, vt simus, ab his vt boni simus. 3. Senibus: Coram
cano capite consurge, & honor a personam senie, & time Dominum Deum
tuum. 4. Coniugibus, quibus D. Petrus scribit, vt subditas sint vi- 1. Pet. 3. 6.
ris suis, &c. sicut Sara obediebat Abraha, dominum eum vocans. Viri
similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo mu-
liebri impartientes honorem, tamquam & coheredibus gratia vita. 5. Ephes. 6. 9.
Dominis: Serui obedite Dominis carnalibus, ait Apostolus, cum ti-
more, & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. 6. Bene- Iudic. 13. 17.
factoribus, hinc Manue dixit ad Angelum: Quod est tibi nomen, ut
si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? & Assuerus Mardochæum Esther 6. 6.
iussit, per Aman honorari. 7. Rerum peritis: Honora medicum, Eccli. 38. 1.
propter necessitatem. 8. Amicis: ita erat Daniel consuua regis, & ho- Daniel. 14. 3.
noratus super omnes amicos eius. 9. Viduis: Vidua honor, que ve-
re vidua sunt. 10. Magistratibus: Reddite ergo omnibus debita: cui 1. Tim. 5. 3.
tributum, tributum: cui veſtigal, veſtigal: cui timorem, timorem: cui Rom. 13. 7.
honorem, honorem: 11. Sacerdotibus & Dei ministris: Qui bene 1. Tim. 5. 17.
presunt presbyteri, duplice honore digni habeantur: maximè qui labo-
rant in verbo & doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os boni
trituranti. Et, dignus est operarius mercede sua. 12. Sanctis, sicut
cū Paulus patrem Publij saluauit: Quo facte, omnes qui in insula Act. 28. 8.
habebant infirmitates, accedebant, & curabantur: qui etiam multis
honoribus nos honorauerunt, & nautigantibus imposuerunt, que erant
necessaria; ait D. Lucas. 13. Denique omnibus; Omnia honorate, 1. Pet. 2. 17.
ait S. Petrus, fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honori-
ficate. Immo plus vult S. Paulus, vult enim nos esse charitate frater- Rom. 12. 10.
nitatis iniucem diligentes: honore iniucem præuenientes. 14. Si om-
nibus, quippe ni & Deo? Cui nullus amicus est in honore ante-
ponendus:

289 Cap. XXV. Honor parentibus, preceptoribus, senioribus debitu.
ponendus: Deus unus, amici plures. Et si ad comparationem ve-
natur: Regi saeculorum immortali, invisibili, soli Deo honor, & gloria
in saecula saeculorum. Amen.

II. I. Parentes honoramus amando; reuerentiam internam,
Egnat, lib. 5. & externam exhibendo; obediendo; iuuando & subueniendo,
cap. 4. Patrem amavit Cardinalis Grimanus, quem Egnatius refert, pro
Fulgos, lib. 5. patre Antonio carceri se se obtulisse. Patri honorem & reueren-
cap. 4. tiam internam externamque exhibuit Alexius Isaaci Imper. Con-
stantinop. filius: is enim patrem à fratre Imperio oculisque orbati
in regnum armis restituit; & quamquam omnes eum Imperato-
rem salutarent, ipsum tamen hoc nomen cum Imperio in patrem
resignauit. Patri obediuuit Christus factus obediens usque ad mor-
tem, cui & dixit: non mea voluntas, sed tua fiat. Quin & Mariz
Luc. 2. 42. matri, & Iosepho putatio patri obediebat, quando descendens
Luc. 2. 51. eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Patrem iuuit, eique
Plia, lib. 7. subuenit humilis in plebe, & ideo ignobilis prospera, qua supplicij cau-
cap. 36. sa carceri inclusam matrem, cum impetrasset aditum, à ianitore, sem-
per excusa, ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alienis: qui
Val. Maxim. miraculo matri donata salus filia pietate est, ambaq; perpetuis alimentis
lib. 5. & locu ille dea Pietati consecratus est, templo Pietati extenuato, in illius
Fulgosus loc. carceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est. Idem fecit filia Cimo-
ct, nis ducis; hæc enim Cimonem consimili fortuna affectum, parvum
custodie traditum, iam ultima senectute, velat infancem pectoris
admotum aluit, teste Valerio. Plus fecit homo Toletanus, cuius
aurarius faber à Petro primo rege Castilionis, ob falsas suspicio-
nes, ad mortem damnatus erat, tum enim filius amore in patrem
singulari, lachrymis, precibusque agere non desstitit, ut, seruato
patre, ipse pro eo occideretur. Quod affecitus, vitamque amittens,
vitam dedit patri à quo acceperat: innocens occisus pro in-
nocente. Videant hic filij & filiae, qui paternas cantiones haud
canunt, sed parentes disciplinæ amantes odio prosequuntur; ri-
dent, irident, despiciunt; neque eis obsequuntur; aut succurrunt,
sed eis per furtam pecuniam, per detractiones bonum nomen, sepe
etiam per venena & aperta parricidia vitam subducunt; videant,
inquam, quam vita ipsi indigni sint; quamq; longè à Dei pre-
cepto recedant, statim enim post D^e x v m iubentur colere
parentes;